

*Funobris  
s. h. (h. m.)*

**R**aphael Brade  
in Christo Patri  
Taurineu. Salute

**P**er importunū  
Dñi Dominici Re  
tūm a præclarissi  
ribus mihi paren  
q̄ ego aut eloque  
arte potuissē pr  
spondere: Verū q̄  
umbra quintum  
clarissima & max  
testarer. Itaq; &  
obseruantia: qui  
proq; amplissimi  
laudationis prou  
q̄celerrime expli  
gustia in ipso fut  
rit/placuit ampl  
Cardinali Neap  
cipi: & Iohanni l  
tegerimis uiris:  
toribus: ut in luc  
rorem ac luctum  
diocrem concep  
et q̄ eorum in he  
tis omnibus pro

153

Raphael Brädolinus Junior Lippus Reuerēdo  
in Christo Patri Domino Ludouico Ruuere Epō  
Taurinēn. Salutē ac animi tranquillitatē. D. n. ib  
Per importunū ac luctuosum Reuerendissimi  
Dñi Domini Ruuere Presbyteri Cardinalis obi  
tū a præclarissimis uiris eius testamētī execu  
toribus mihi parentalis oratio demandata fuit. non  
q̄ ego aut eloquentia: aut ingenio: aut ipsa deniq̄  
arte potuissem præ cæteris expectationi omniū re  
spondere: Verū quia sub amplissima eius familiæ  
umbra quintum iam annum honorifice uixissem/  
clarissima & maxima eius præconia libentius at  
testarer. Itaq̄ & pro singulari mea in eos patres  
obseruantia: qui id mihi muneris demandarunt:  
proq̄ amplissimis eius familiæ erga me beneficiis  
laudationis prouinciā libētissime suscepi/susceptā  
q̄ celerrime explicauī. Sed cum nimia temporis an  
gustia in ipso funere a me pronuciari non potue  
rit/placuit amplissimis patribus: Oliuero Carafæ  
Cardinali Neapolitano/Sacrofancti senatus prin  
cipi: & Iohanni Iopi Capuano sapientissimis ac in  
tegerimis uiris: primariisq̄ eius testamenti execu  
toribus: ut in lucem oratio proferretur. & q̄ ita me  
rorem ac luctum/quem ex illius amissione nō me  
diocrem conceperant/leuari posse arbitrabantur.  
et q̄ eorum in hoc studium incredibile/ut in cæte  
ris omnibus probari magnopere cupiebant. & q̄

postremo plurimas atq; pulcherrimas laudes hu-  
ius excellentissimi patris perpetuis litterarum tra-  
di monumentis desiderabant. Multum enim po-  
steritas ad bene beateq; uiuendum maiorum sti-  
mulis incitatur. non parum clarissimorum homi-  
num exempla ad institutionem uitae cōmunis cō-  
ferunt. Quamobrem praesul dignissime patruelis  
tui laudationē accipe: & qui te praestanti hoc praes-  
sulatus beneficio honestauit: optimam eius nō di-  
co memoriam tibi perpetuo colendam existimas:  
sed uitam quoq; sanctissimam/moresq; integerr-  
mos solertissime imitādos propone. Quo sane fiet:  
ut splendidissimū illius nomen per te magis quo-  
tidie illustretur: immortalē tu per illū felicitatē &  
gloriā consequaris. Vale. Romae. III. Idus Maias.

procedit ad rem agere saltem suis simulque pro-  
prietatibus eius famulatus erga me beneficis  
laudationis prouinciam hinc inde hinc inde  
me atque meo similia meo. Sed cum nimis tempore  
autem non inueniatur me a meo opti ni nistis  
gustis in ipso tunc a me prouinciam non potuit  
inueniatur amplius prouinciam inueniatur  
Cardinali Neapolitano Sacrosancti leuatus prin-  
cipis & Iohanni Iohi Capuano sapientissimis ac in-  
tegrissimis uiris: primisq; suis testamētis exequi  
toribus: ut in lucem oratio protulerit. & in me  
tunc ac luculentum ex illis amissionem me  
dicoem conceperunt hinc inde hinc inde hinc  
et coram in hoc studium incredibiliter in cre-  
tis omnibus probati magnosque cupiebant &

Raphaelis Brandolini Lippi Junioris Parētalis  
 Oratio de obitu Dominici Ruuere Sancti Clemē  
 tis Presbyteri Cardinalis : Romæ in templo San  
 ctæ Mariæ de populo : Ad patres: & populum ha  
 bita. M.D.I.



**E**t si plurimis ac difficillimis humana  
 rum rerum exemplis/mortalem hanc  
 uitam peregrinationē esse breuissimā  
 et q̄diu in ea mortales uersentur: posse  
 nihil certi ac explorati permansurum sibi ne unū  
 quidem diem iure optimo affirmare : Antea semp  
 optime atq; facillime perspectū est Patres amplis  
 simi: In hoc tamen grauissimo ac molestissimo Do  
 minici Ruuere Presbyteri Cardinalis patris ex  
 cellentissimi obitu: et qualis mortaliū omniū con  
 ditio sit: & quantum ipsi nobis polliceri nō temere  
 debeamus: quantumq; de terrenis aut sperare aut  
 optare saltem possimus: melius atq; facilius intel  
 lectum arbitror. Neq; enim ille nō se diutius atq;  
 felicius uicturū qui uel diutissime ac foelicissime  
 uixerit: pollicebatur. Neq; non suas opes ac digni  
 tates fore: quibus fuerit liberalissime ac honestissi  
 me perfunctus : unq̄ sperabat. Sed cum ita repēte  
 ac insperato & suā ipse peregrinationē confecerit:  
 et fortunas omnes quas nemo sapiēs proprias nū  
 cupauit: alienas tanq̄ possessiones reliquerit: Pro  
 fecto non potest & humanam uobis imbecillitatē  
 instabilēq; fortunam ad memoriam nō reuocare:

immo cum in amplissimo senatu hoc uestro tam  
de repente eius presentia desideretur: nequit orna-  
tissimū hunc ordinem uniuersum non mirifice co-  
mouere. Nā dum alienas ipsi calamitates atq; mi-  
serias tristissime deploramus: domesticos etiam lu-  
ctus/iacturasq; familiares depictā uelut tabellam  
subiectā oculis intuemur. Itaq; q̄ denudatū eius  
cadauer/qui uobiscum paucis ante diebus in pro-  
nūciandis sententiis christianisq; cerimoniis pera-  
gendis pulcherrime consedisset: q̄ pullatā eius fa-  
miliam uniuersam/ac moerore afflictam spectatis:  
quam paulo ante purpuratā: atq; hilarē uideratis:  
non modo importunam ac luctuosam collegæ ue-  
stri iacturam grauissime sustinetis: Sed uestros &  
fortuitos casus/euentusq; ancipites mira quadam  
animi attentione diligentius contēplamini. & q̄  
in hoc ipso non diuturnum ac exploratum: sed bre-  
uem sane atq; ambiguum decursum fuisse morta-  
lem cernitis: neq; fortunas/neq; imperia/nec ullos  
deniq; honores debetis fore cuiquā proprios polli-  
ceri. Sed pietatem/Religionem/Benificentiam/Li-  
beralitatem/ac uitæ innocentiam/cæterasq; animi  
dotes nō solum esse cuiusq; proprias/uerum etiam  
supremam cuiq; felicitatem/uerissimāq; beatitu-  
dinem cōparare. Quod si externis illū de quo agi-  
mus patrem fortunæ muneribus: atq; internis ani-  
mi dotibus: non mediocriter honestatum uobis q̄  
breuissime ostendero: nihil esse fragilius/nihil in-  
firmius/nil deniq; imbecillius/atq; facilius inani

bus terrenarū rerum possessionibus reperiri: neq; ad hanc quam agimus uitam/bene beateq; degen-  
 dam: neq; ad illam/quā maximopere exoptamus beatitudinē adipiscēdam: aut certius/aut firmitus/  
 aut uerius/ac oportunius quippiā uirtutibus non dicam inueniri: Sed ne cogitari quidē posse perq; facile intelligetis. Qua ex re fiet: ut cum de terre-  
 nis sperandum nihil: de celestibus sane plurimū: proposito tam excelso tamq; illustri uobis exēplo satis habundeq; perspexeritis: eamq; nuper præcla-  
 rissimum hunc uirum fati necessitatem fortiter ac cœpisse: quam uel serius/uel tempestiuus morta-  
 les quidē omnes nullos sunt discrimine acceptu-  
 ri: apertissime cognoueritis: non ad fluxam/fragi-  
 lemq; humanæ uitæ fœlicitatem: sed ad perpetuā ac sempiternam illam beatitudinē uos omni stu-  
 dio atq; industria comparetis. Primum itaq; for-  
 tunæ indicium quod amplissimo huic patri fortu-  
 natissimū contigit: & natale solum/& splendor do-  
 mesticus fuisse mihi uidet̃. Neq; enim aut obscu-  
 ro quodam municipio est ortus: aut ignobili uete-  
 rum familia oriundus: sed patriam sine dubio præ-  
 clarissimam/propaginem illarum omniū quæ in Sabatiis transalpinæ galliæ populis conspiciun-  
 tur nobilissima refert. Nam eo est municipio exor-  
 tus: q; inter allobrogas positū est: ac uicus nouus  
 a recentioribus nuncupatum. Magna est loci rerū  
 omniū opulentia. Summa domi ac foris hominū

industria. Incredibilis armorum maximusque literarum  
usus pollet. Sunt enim haec praecipua (ut ego quidem exi-  
stimo) luminaria, quae nobilissimam quaque civitatem suis  
quodammodo radiis illustrant. ut quae ad quotidianos  
vitae usus pertinet: in ea uel cumulatissime abundant  
et quae uel consilio respublicae prudentissime gerant: uel ar-  
mis confinia strenuissime defendat. Quique ab incu-  
nabulis ad utramque artem quotidie assuescant: nunquam  
desint. quibus ita fuit municipium hoc praeclearis-  
sime insignitum: ut aut primum/aut nemini cer-  
te secundum inter allobrogas suo quodammodo  
iure nuncupetur. In quo tam nobiles/tamque ma-  
gnificae semper familiae extiterunt: ut cum nobi-  
lissimis: ac praeclearissimis transalpinae Galliae mu-  
nicipiis nobilitate/ac opulentia comparet. Quod  
si in eo non aliam unquam prosapia. Quae uel maiorum  
stigmata/uel rerum a se optime gestarum praemia  
nobis ostenderent: municipio extitissent: ut certe  
plurimae ac nobilissimae summa cum laude & glo-  
ria memorantur: Nonne isthaec tam nobilis/tamque  
fructuosa roboris propagatio satis abundeque uide-  
ri potest: ut non dico municipium inter allobrogas  
nobilissimum: sed prouinciam quoque Sabatiae uni-  
uersam: atque liguriam omnem longe lateque propa-  
garit. & cum ex ea tanquam a fertilissima dodonei lo-  
uis arbore bello ac pace publice priuatimque illu-  
stres uiri fuerint propagati: non potest quin nobi-  
litate/gloria/opulentia/caeteras omnes primarias

eius prouincie famulias antecellat. Immo cum ex  
 ea præclaræ omnes nobilesq; familiæ pullularint:  
 eam ueluti parentem agnoscunt: In eiusq; fœlicita  
 te/ & gloria conquiescunt. Quin etiam si lucidissi  
 mam eius familię claritatem paulo diligentius cõ  
 templemur: nullam in ea nõ tñ prouincia/ sed ne  
 in transalpina quidem gallia uniuersa aut nobilio  
 rem/ aut clariorem extitisse facile comperiemus.  
 Quippe quæ non locupletissimos tñ mercatores/  
 non milites strenuissimos/ impatoresq; fortissimos/  
 nõ solũ uiros disciplinarũ omniũ peritissimos/ sed  
 proceres etiã nobilissimos/ homines religiosissimos/  
 imo uero acerrimos religionis ac fidei propugna  
 tores/ præcipuos christianę reipub. cardines supre  
 mũ deniq; in terris christi uicariũ/ suos inter libe  
 ros liberalissime agnoscit. nos uero q; sumus et tps  
 angustia circumuerti: nostraq; alio iãdudũ festinat  
 oĩo: nõ multiplicẽ mercatorũ opulentiã attingemus  
 Nõ egregia rei militaris facinora exequemur. Nõ  
 incredibile in omni disciplinarũ genere p̄statiã re  
 feremus. Non lōgissimã p̄cerũ seriẽ. Nõ plurimas  
 eorũ uirtutes/ qui in ea semp familia excelluerũt: cõ  
 memorabimus. Nõ augustissimas eorũ cardinaliũ  
 laudes: q; hãc familiã uirtute/ & glia decorarũt. Nõ  
 Sixti. III. Ponti. maximi sapientissimi christiane  
 reipub. moderatoris p̄conia recensebimus. q; ut eã  
 ipsam familiam uirtute/ doctrina/ sapiẽtia/ rebusq;  
 optime ac fœlicissime administratis nobilitauit:

a iiii

atq; supremam illi felicitatis gloriam peperit: ita  
nostram ingenii aciem hebetat: ita vires exte-  
nuat: ita demum omnes eloquentiæ nervos debi-  
litat: ut non modo uel amplissimam eius gloriam  
non perstringere/uel tenuiter potius delibare: sed  
ne intueri quidē satis queam. Quod si temere/nul-  
loq; prorsus consilio auspicerer: uastum profecto  
pelagus/uelis/atq; remigio spoliata nauis ingrede-  
retur. Itaq; declinata iam pelagi altitudine/ac lati-  
tudine prospero flatu ex quo prodiit: in tutissimū  
se portum recipiat. Omissis igitur plurimis ac or-  
natissimis eius familiæ uiris ad interiorem huius  
excellētissimi patris nobilitatem/atq; præstantiā  
diuertamus. Etenim quo propius luminaria cuiquā  
admouentur: eo quidem illustrius splendidissima  
eius gloria illuminatur. & quanto interior cuiusq;  
nobilitas memoratur: tanto quidem nobilior eius  
magnitudo/atq; præstantia & una & clarissima oīum  
uoce profertur. Primus se mihi præstantissimus uir  
Iohannes Ruuere honoratissimi huius uiri pater/  
nobilitatis/atq; uirtutis perinde ac lucidissimum  
sidus proponit. In quos summa uirtus/religio sin-  
gularis/incredibilis beneficentia/animi robur in-  
uictum/admirabilis continentia/modestia nō me-  
diocris/reliquæ omnes animi dotes splendidissi-  
me nituerunt. Et qui Fabritium/Curium/Scipio-  
nem longissime superauit. Nam si domestica & pri-  
uata respicimus: suam is prudenter familiam in-

stituit. iuste diuitias cōquisiuit. honorem / ac digni-  
 tatem suam fortiter propugnauit. letitiam mode-  
 ratissime temperauit. dolores / ac luctus patientissi-  
 me tollerauit. Si forensia & publica studiosius me-  
 ditamur: nō illum a ueritate temeritas reuocauit.  
 non malignitas ab æquitate deflexit. non a libera-  
 litate auaritia deturbauit. non uel ignauia uel au-  
 dacia a laboribus ac periculis retraxerunt. non li-  
 bido a continentia / nō deniq; a simplicitate ambi-  
 tio illum abduxit. Sunt qui pulcherrima eius faci-  
 nora domi ac foris uerissime attestent. Sunt qui  
 et publica & priuata egregia eius consilia recordē-  
 tur. Sunt qui honestissimā eius uitam / moresq; in-  
 tegerrimos non ignorent. Ex hoc nempe præcla-  
 rissimo id ætatis uiro tres quasi eius familiæ cato-  
 nes: non solum patriæ: sed totius etiam prouinciæ  
 ornāmēta pulcherrime sunt procreati. Martinus /  
 Christoforus / ac deminicus hodierno quem fune-  
 re honestatis. Ille recte consulendo / seuerè iudican-  
 do / uiriliter conficiendo / moderate agendo: eam si-  
 bi non dico in patria / sed in prouincia sabatiæ uni-  
 uersa existimationem cōcitauit: ut primariū semp  
 locum in suo municipio non immerito retinuerit.  
 atq; sic hodie retineat: ut maiorem quotidie uirtu-  
 tis gloriam assequatur: ampliorem quoq; beniuo-  
 lentiā sibi conciliet. Hi duo postremi a Sixto quar-  
 to pontifice maximo diligentissimo uirtutum re-  
 muneratore ob singularē animi præstantiam / egre

giam fidem/ac summam uitæ integritatem inter  
patres relati/suam ipsi gloriam/atq; fœlicitatē me-  
moriæ prodiderūt. Quorum ea sane uirtutum exi-  
stimatio antecesserat: ut in augustissimū hunc se-  
natum uestrum incredibili patrum concordia re-  
ferrentur. Quam ego in primis dignitatem illis  
fuisse a Sixto tributam: & quia præcipua christia-  
ne reipublice dignitas est: & q̄ in omniū oculis  
quotidie uersatur: & q̄ ab eo pontifice est illis cō-  
cessa: qui nihil unq̄ temere/immo non magna sine  
prouidentia administrauit: plurimifaciendam ar-  
bitror. Sed tantisper obsecro dum paucissima de  
christoforo diuinarum humanarūq; legum peri-  
tissimo delibemus: Dominicum reponamus. Fuit  
enim ea tempestate maximum uirtutis ac sapien-  
tiæ specimen pulcherrimum seruandę in omnes fi-  
dei exemplum. Splendidissimum probitatis/hu-  
manitatis/integritatis lumen. an nō debuit tanto  
uirtutum præsidio constipatus/a solertissimo bono-  
rum uirorum spectatore/amplissimo hoc dignita-  
tis munere honestari: an nō a liberalissimo id æta-  
tis principe/fidelissimus seruus fidelitatis gratitu-  
dinē reportare: potuit illum ac debuit Sixtus car-  
dinea dignitate iure optimo decorare. Voluit ac  
debuit Sixtum ille fide/obseruantia/reuerentia ex-  
ornare. Ille supremam seruo gratitudinem immor-  
tali quodam beneficio declarauit. perpetuam hic  
domino fidem admirabili quadam animi celsitu-

dine significauit. Sed desinamus iam patres (obse-  
cro) aut nobilissimæ eius patriæ / aut familiæ præ-  
clarissimæ / aut præstantissimorū deniq; uirorum /  
qui ex ea familia honestissime prodierunt: nobili-  
tatem / splendorem / res & bello & pace prudenter  
ac strenue administratas commemorare. ne alie-  
nas laudes / aliena facinora / aliena demum præco-  
nia recenseamus. Dumq; pulcherrima ac optima  
fortunæ munera in hoc patre fortunatissimo con-  
sectamur: pulchriorem ac meliorem animi cultū  
silentio pretereamus. Fuit ille permultum fortu-  
næ muneribus insignitus: Sed longe plurimū ani-  
mi dotibus mea quidē sententia honestatus. non  
q; illi aut opes amplissimæ / aut amicitia / atq; affi-  
nitates q̄ dignissimæ / aut demum honestissimæ di-  
gnitates unq̄ defuerint: Is enim nonne hercle uel  
cumulatissime abūdauit: Sed q; illa fluxa atq; fra-  
gilia: hæc firma / stabilia: illa terrena / hæc autem cœ-  
lestia uideri possunt. Attendite itaq; patres atten-  
dite: quænam uestri muneris possessio: quæ sit re-  
cta ad gloriam æternam uia: ad quam omnes me-  
tam dirigamini: dum internas augustissimi huius  
uiri dotes sedulo contemplantur. Attendite inquā  
pro singulari uestra in eum beniuolentia / pro sum-  
ma quondam illius in uos obseruantia patres: &  
quanto fortuna uirtus firmior atq; præstantior pu-  
tanda sit: etiam atq; etiā considerate. Tacebo nunc  
honestissimam ac pudicissimam eius pueritiam:

castissimam ac modestissimam adolescentiam præ-  
teribo: illam candor/atq; simplicitas: hanc mode-  
stia/& continentia illustravit. dicam de iuventute  
nonnulla: subiungam de reliqua eius ætate pau-  
cissima. Annum agens quartum & uicesimum q̄  
hanc etiam communem omnium patriam uirtu-  
tis ac sapientiæ domicilium existimabat: se in ur-  
bem contulit. contigit hoc autem illi homini for-  
tunatissimo Sixti cardineam per id tempus digni-  
tatem agentis: domus quoq; fortunatissima. ubi  
tam modeste/tam recte/tamq; liberaliter uixit. ut  
a summis/mediis/infimis/uel maximis atq; amplif-  
simis ad cælum laudibus extolleretur. obserua-  
bant eum inferiores. diligebat pares. maiores illū  
ægregie collaudabant. & cum optimo bonorum  
omnium fato supremum. Sixtus administrandæ  
totius Christianæ reipublicæ culmen ascenderet:  
hic etiam suis uirtutibus ac meritis altius euola-  
uit. Haud enim multo post eius probitate/ac fide  
perspecta & cognita Christoforum præstantissi-  
mum amplissimi huius uiri germanum licet egro-  
tum huius opera atq; industria inter senatores cō-  
scribit. Is cum fati acerbitate præuentus naturæ  
debitum exoluisset: Siue ut ampliorem in utrūq;  
germanum fratrem animi gratitudinem/atq; be-  
niuolentiam declararet: siue ut fratrem alterum  
ob recentissimam alterius mortem præstanti hoc  
beneficio consolaretur: siue potius ut seruitutē gra

159  
tia: uirtutem premiis exornaret: ad supremam hanc  
ipsam dignitatem quolibetissime promouit. ubi qua  
lem se omnibus publice priuatimque praestiterit: ne  
mo uestrum hic est qui nesciat. Notae sunt uobis  
grauissimae illius sententiae. Exploratae sunt uoces  
prudenterissimae. Comperta sunt inquam uobis suf  
fragia quae rectissima patres amplissimi. Audistis eum  
omnes cum de grauissimis maximisque negociis in  
augustissimo senatu hoc uestro discuteret: quae gra  
uem ac rectam suam ipse sententiam pronunciarit.  
atque ita pronunciarit: ut nec ueritatem amicitia/nec  
rectitudinem inuidia/nec simplicitatem iracun  
dia/nec elocutio grauitatem retardaret. Et cum duos  
ferme ac uiginti annos in hac ipsa/de qua nunc uer  
ba facimus: dignitate uersatus sit: cum se omnibus  
uirum quem Sixtus & debuerit & potuerit in ger  
mani fratris locum sufficere: apertissime declara  
uit. Et cum magistratus uirum non efficiat: sed ostē  
dat: illumque excelso & illustri loco in plurimum col  
legarum/ac ciuium plurimorum conspectu qui egre  
giam aliquam fuerit dignitatem adeptus: consti  
tuat: fuisse hunc tam excellenti beneficio quae dignis  
simum uerissime patefecit. nam siue publice siue  
priuatim ageret fidem/ac beniuolentiam in ami  
cos maximam/mirificam in pauperes beneficen  
tiam/misericordiam in afflictos aegregiam/incre  
dibilem in omnes suos pietatem/religionem in deum  
optimum maximum amplissimam significauit.

Nemo unquam ab eo uel consilium uel auxilium implorauit: quin utrumque facillime impetraret. Immo uero permulti etiam impetrarunt: quod tametsi ab eo neutrum petebant: utroque tamen maiorem in modum indigebant. in quo non tam quid ipsi uellent: quam quod uelle deberent: diligentissime aduertebat. nec ad luxum opes/ neque pecunias ad auaritiam congeriebat: uerum ad beneficentiam potius/ ad liberalitatem/ ad pietissimos celestium usus conuertebat. Intelligebat enim supremos ecclesie cardines pecuniarum esse/ opumque distributores debere. Leuitam illum laurentium/ aliosque permultos/ thesauros ecclesie distribuisse/ medicisque liberaliter erogasse non ignorabat. Et quoniam liberalitatis ac beneficentiae duo sunt omnino genera: alterum opera atque industria: largitate alterum atque munificentia praestatur. utrumque sic praestitit: ut neutrum sane omiserit. Splendorem/ magnificentiamque/ domibus/ uillis/ cenobiis/ templis denique construendis: ita magnificam atque illustrem exhibuit: ut cum splendidissimis ac magnificentissimis potuerit maioribus splendore/ ac magnificentia decertare. Aedificauit primum: ut dignitati atque nobilitati tributum aliquid putaret: quale spectatis Romae domum. ita splendidam/ ita magnificam/ ita demum quotidianis uitae usibus opportunam: ut in qualibet totius anni tempestate/ siue ad uernam iocunditatem specularum laxitudine excipiendam: siue ad aestiuum calorem frigore propulsandum: siue ad

autumnalem humorem locorum temperie depel-  
 lendum: siue potius ad brumale frigus calore abi-  
 ciendum: fuisse constructam arbitro. Amænissi-  
 mam quoque uillam: ut cum a negociis publicis ali-  
 quantulum otii superfuisset: eo se a maritimis flu-  
 ctibus in tutissimū ueluti portū reciperet: magnis  
 sumptibus primo ab urbe lapide splendissime cō-  
 struxit. Formelli quoque ut si ab urbe longius seces-  
 sisset: quā dignissime habitaret: quod xii. circiter lapide  
 flumentana porta nouū est oppidum: opulentissi-  
 mas edes liberalissime edificauit. Sed hæc fortasse  
 cuiquam ædificia priuata magis quā publica: sua po-  
 tius quā aliena: luxuriosa uerius quā fructuosa: uidebū-  
 tur. Quid autē illa: quæ & publica: & aliena: & pro  
 cōmuni omnium utilitate: ac dignitate uidentur cō-  
 structa: cum pro religione: pro decorum immortalium  
 dignitate ac laude fuerint ædificata. Omitto facel-  
 lum quod sane puicherrimum atque opulentissimū  
 huic alme uirginis templo & præclarissimæ ædi-  
 ficandum curauit: & sanctissime dedicauit. Ideo  
 enim fortasse hoc extruxisse: ut suæ/suorumque po-  
 steritati consulere: hanc maxime ob causam dedi-  
 casset: ut delictorum ueniam exoraret: uideri potuit.  
 Verum enim uero sunt alia præstantiora/meliora/  
 amplioraque patres ædificia: quæ huius excellen-  
 tissimi patris splendore/magnificentiam/religionē/  
 longe plurimū exornāt/amplificāt/nobilitāt. Extru-  
 xit Ariani quod uigesimo ab urbe lapide flaminia

uia est/ueteris ætruriæ oppidum : cenobium non  
tam amplitudine q̄ elegantia spectandū. constru-  
xit in martana insula: q̄ uolscini lacus est in ætru-  
ria: non solum ædes magnificentissimas: sed ceno-  
bium quoq; pulcherrimū. ecclesiam in ipso falisco-  
rum monte nobilissimam a fundamentis erexit.  
Quid opulentissimam taurinorum ecclesiam. que  
transalpinae galliæ ciuitas est: Achademiamq; di-  
gnissimā posthabeo. Sunt enim magnifica isthæc  
duo ædificia: que pietatem: religionem: uirtutum/  
litterarumq; obseruantiam singularem ostendūt.  
Quid postremo ædem in patria pulcherrimā non  
commemoro. Nonne singularem quandam ani-  
mi gratitudinem significauit: cum eam præ cæte-  
ris ecclesiam exornarit: unde christianū baptisma  
liberalissime accepisset. Qualia hæc uobis uiden-  
tur opera: q̄ præclara ædificia. Ad luxum ne: an  
ad uerissimam potius posteritatis gloriam compa-  
rata. Conferte nūc magnifica huius uiri opera cū  
preclarissimis ueterum ædificiis. Immo uero hunc  
ipsum cum maioribus comparate. Bibliothecam  
Lucullus pulcherrimam extruxerit. Præclarissi-  
mū Cæs. Aug. Apollini templum ædificarit. Qua-  
dratā Mæcenat turrim editissimā construxerit. dū  
singulis illi potuerint ædificiorū operibus gloriari:  
hic plurimis ac splendidissimis ædificiis a se cōstru-  
ctis immortalem sibi gloriam compararit. Sed li-  
beralitatē/splendorē/magnificentia omittamus.

Quid penitiora illa uirtutum munera? Nonne cō-  
 mitatum huic perpetuū præsiterunt? Nunq̄ a be-  
 nignitate facilitas/a moderatione simplicitas/fru-  
 galitas a temperantia/castitas a continentia/a reli-  
 gione pietas discesserunt. Omnes enim incredibi-  
 li quadam facilitate ac mansuetudine admittebat:  
 neminem excludebat: & recte de omnibus sentie-  
 bat: & semp honorifice loq̄bat. Laute/opipere/ac  
 splēdide non tñ luxuriose/intēperate/atq; ambitio-  
 se quotidie uiuebat. Erat illi frequentissimus in cō-  
 uiuiis sermo: de religiōe/de uirtute ac sapiētia. Do-  
 mesticas ita semper habenas rexit: ut sanctissimis  
 uite institutis/exemplisq; saluberrimis cunctos ad  
 excolendas animi dotes facillime inuitarit: inuita-  
 tos excitarit: excitatos inflāmarit. Quantum uero  
 castitatem ac pudicitiam excoluerit (quæ sacerdo-  
 tum summa & uera laus est) ego quidē in præsēn-  
 tia non attingam. Nam omnes (ut arbitror) probe  
 nostis. Extant adhuc qui eius pueritiam/adolescē-  
 tiam/ac iuuentutē optime recordantur. Extant ad-  
 huc intimi ac fidelissimi eius cubicularii: q̄ quatuor  
 et uiginti annos intimū ac fidelissimū ei seruitiū  
 præsiterē. Extat deniq; (quod est omniū lōge pul-  
 cherrimū) integerrimū eius nomen. Ipsam postre-  
 mo sanctimoniā bene beateq; degendo: suos recte  
 instituendo: diem fortiter obeundo: præclarissime  
 indicauit. Neq; enim aut diuinas horas/aut Chri-  
 stianas cerimonias/aut lectiones deniq; sacras ne-  
 gociorum uarietate/ac magnitudine unq̄ omisit.

Necq̄ non christianos domi uiros : immo uel non  
maxime religiosos est unq̄ passus. Necq̄ non sum-  
ptis christianis de more uiaticis omnibusq̄ suæ ui-  
tæ rationibus optime cōsideratis est de medio sub-  
latus. Nam paucis ante diebus q̄ e uita discederet  
peractis quidem omnibus ecclesiæ ceremoniis te-  
stamentum iam pridem a se constitutum/accura-  
tius descripsit. Se suaq̄ omnia illis potissimum pa-  
tribus maximopere commendauit: Quorum au-  
toritati/amicitia/integritati facile poterat acquie-  
scere/ac ita se ad cœlestem illam patriam/ad sempi-  
ternam lucem/ad fœlicitatem perpetuam/ad uerā  
deniq̄ beatitudinem recepit. Familiam uero uni-  
uersam atq̄ amicos omnes/qui eius ferre desideriu  
nequeunt: mœrore/ac luctu prostratos reliquit.  
Vos etiam patres amplissimi collegam uestrū uo-  
biscum assidue uersatum/uestrarūq̄ sententiarum  
conscium/non mediocriter doletis. Familia quidē  
omnis eo se fuisse orbatam domino lamentat: qui  
et uoluerit & potuerit egregiis eam beneficiis ho-  
nestare. Amici eo se destitutos patrociniū conque-  
runtur:cuius integritatem/fidem/uirutēq̄ perspe-  
xerant. Vos postremo patres honoratissimi & q̄  
erat non postremus collega uester: q̄ pari omnes  
beniuolentia/ac obseruantia prosequabatur:q̄ uir-  
tutem/ac sanctimoniam excolebat:q̄ deniq̄ in uo-  
bis ipsi simillimam fortasse mortis imaginem con-  
templamini:eius obitū grauissime sustinetis. Ve-  
rū nihil est quod mœstissima eius familia tantope

lamentetur: habet præclarissimos testamenti exe-  
 cutores: de quibus uel plurimū sperare & per eo-  
 rum mansuetudinē possit: & per uirtutem debeat.  
 Nec eius amici se fore desertos tam graui-  
 ter con-  
 querantur: nedum suam ipsi commoditatem/uti-  
 litatemq; requirunt: alienam ipsi tranquillitatem/  
 atq; sc̄licitatem negligant. Dumq; suis nimirū ra-  
 tionibus prospiciunt: alienam deniq; beatitudinē  
 contemnant. Vos etiam patres excellentissimi si  
 et mortalem hanc uitam stadium esse breuissimū:  
 in eo quia nihil certi/ac explorati posse mortales si-  
 bi non temere polliceri: uobiscum diligentissime  
 reputabitis: non modo uixisse hunc honorificen-  
 tissime/atq; amplissimis fortunę muneribus fuisse  
 perfunctum: diēq; fortissime obiisse: pulcherrimis  
 cum dotibus honestatum: uerum etiam ita uobis  
 in hac ipsa terrenarum rerum colluui-  
 one uersan-  
 dum facillime perspicietis: ut & uiuentes præcla-  
 ris facinoribus incitetis: & optimā posteris memo-  
 riam relinquatis: & uobis ipsis præciosissimam im-  
 mortalitatis gloriā accuratissime consequamini.

D I X I

